

Quae sunt in singulis praeceptis consideranda?

De omnibus praeceptis haec quinque cogitanda sunt: I. quae opera flagitentur, II. quomodo fieri possint et placeant, [5:] III. quae peccata prohibeantur, IIII. promissiones additae legi, V. comminationes. Ex his quaedam ad singula praecepta pertinent. Aliqua vero ad vniuersam legem referenda sunt. 5

Dic primum praeceptum.^j

Ego sum dominus Deus tuus, qui eduxi te de Aegypto. Non habebis deos alienos coram me.²¹

Quid continet affirmatiua sententia
huius praecepti?

10

Haec verba: „Ego sum dominus Deus tuus, qui eduxi te ex Aegypto“ confirmant primum totius legis auctoritatem monstrato Deo auctore. Deinde ostendunt, quis sit verus Deus et quomodo agnoscendus sit. Nam appellatio Iehouae discernit Deum patefactum in ecclesia ab omnibus commentitijs numinibus et mentio educationis ex Aegypto monet ingentibus miraculis verbum, [6:]^kquod a Deo traditum est ecclesiae,^k confirmatum esse. 15

^j Holzschnitt: Tanz ums goldene Kalb, im Hintergrund: Mose erhält die Gesetzestafeln auf dem Berg Sinai (Ex 32): B.

^{k-k} a deo traditum ecclesiae: E.

²¹ Vgl. Ex 20,2f; Dtn 5,6f.